

qvæ super morientium dispositione & mandatis characterem fert, sive formulam ultimæ voluntatis morientium exprimit, quod Testamentum Romanò loquendi more dici solet: altera verò pæctorum seu fæderum super reconciliationē dissidentium consensionem juramentō firmatam habet. Est enim, notante Varinō in Lexico, Συναμοσία, ἡ μεθ' ὄρκων φιλία, amicitia juramentis confirmata. Præterea observat Svidas in Lexico, voce διαθήκη, eam idem esse quod συνθήκη, qvæ vox pæctum denotat, quemadmodū διατίθεμαι, aīt: τὸ συντίθεμαι, quod est paciscor, usurpatur: cuius acceptanceis exemplum Luc. XXII. v. 29. etiam occurrit, ubi Christus Apostolis suis regnum διατίθεσθ, i.e. pæctō premittere dicitur, ut, qvandoq; videin perseveraverint in tentationibus ejus, super ipsius mensā in regno gloriæ coonesturi ac bibituri sint. Estq; Philologorum haud incerta ea observatio, in lingvâ Hellenisticâ διαθήκη idem esse cum συνθήκη, qvandoq; videm qvod Hebraicè בְּרִית in codice sacro legitur, in LXX viralì versione per διαθήκη ex primi videas: nisi qvod Ebr. IX. 16, 17. Luc. XXII. v. 20. & alias, huic voci διαθήκη ex speciali N. T. œconomia, superaccessisse videatur ista significatio, ut, præterquam pæctum significat, etiam Testamentum notet, sitq; adeò pæctum testamentarium,

qvan-